UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.IX. Selbige consentiren in die projectirung eines neuen Formulars; Legati Volmars dabey gehaltene Rede.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51787

Visual Library

1644. Julius.

§. IX.

Die Kayſerl. Geſandten conſentiren in die projectirung eines neuen Formulars.

Nach gepflogener Conferenz zwiſchen allerſeits Kayſerlichen, ſowol Oßnabrückiſch- als Münſteriſchen Geſandten, zu Lengerich in der Grafſchafft Tecklenburg, geſchahe die Erklärung gegen die beyden Mediatores, in des Nuncii Quartier, mittelſt nachſtehender, von dem Legato VOLMAR gehaltenen Lateiniſchen Rede dahin, daß man zwar Kayſerlicher Seits die geringſte Urſache nicht habe, an der diſſeitigen Vollmacht die allergeringſte Aenderung vorzunehmen, weil die Frantzoſen ſelbſt noch nichts dargegen zu erinnern gewuſt hätten, ſolche auch zwiſchen dem Grafen von Kurtz und dem SALVIO vorhin alſo verglichen worden wäre: deme ohngeachtet wollten ſie, Kayſerliche Geſandten, zu allem Uberfluß, die Verfaſſung eines gemeinſamen Formulars, auf die vorgeſchlagene Weiſe, jedoch, daß in ſubſtantialibus der vorhandenen Kayſerlichen Vollmacht nichts geändert würde, geſchehen laſſen, und hofften ſie, Jhro Kayſerliche Majeſtät würden auch die Oßnabrückiſche Vollmacht darnach einrichten zu laſſen, nicht entſtehen. Worauf die Mediatores, die Entwerffung eines ſolchen Formulars über ſich genommen. Des Legati VOLMARS Rede aber lautete alſo:

Legati Volmars dabey gehaltene Rede.

Propoſitionem, quam nuper ante octiduum nobis Dominationes Veſtræ Illuſtriſſima & Veſtra Excellentia fecerant, hujus tenoris fuiſſe credimus, quod, ſi nos à Cæſarea Majeſtate poteſtatem haberemus conſentiendi, ut de communi, quorum intereſt, conſenſu, nova forma Plenipotentiarum componatur, quam utraque pars obſervare teneretur, ſtante interea in ſuſpenſo extraditione illa Osnabrugi facienda, operam ipſi dare, ut Galli quoque aſſentiant, ac ſtatim formulam aliquam concipere velint, eâ tamen conditione, ut à noſtris Superioribus intra certum de communi conſenſu præfigendum terminum ratificari, novaque Plenipotentiæ Diplomata confici debeant, qui quidem modus poſteà etiam Osnabrugi obſervari poſſit. Initâ igitur hâc de re cum noſtris Collegis conſultatione, inſpectiſque noſtris Inſtructionibus & Mandatis, ſubſequenti modo reſpondendum eſſe viſum nobis fuit. Primo omnium confidimus, noſtram Plenipotentiam, jam ante exhibitam, tantâ cum modeſtia, diſcretione, clauſuliſque neceſſariis compoſitam eſſe, ut nemo ſinceri & liberi affectus, rationabiliter vel minimum defectum eidem objicere queat, quemadmodum & meminimus, aliquoties nos ab ipſis Veſtris Dominationibus & Excellentiis audiviſſe, quod Galli confeſſi ſint, nihil ſe habere, quod opponant, undè cauſam haberemus omnino nullam, vel minimam admittere correcturam, quocunque id tandem prætextu à nobis flagitaretur, præſertim quòd negari non poſſit, formulam noſtræ Plenipotentiæ dudum inter Dominum Comitem CURTIUM & SALVIUM mutuâ concertatione conventam fuiſſe. Nihilominus tamen, cum ſatis perſpectum habeamus, Cæſaream Majeſtatem ex parte Sua nullum omnino communi utilitati impedimentum dari velle:

Ideò habito ad Inſtructiones noſtras cœteraque in hac Plenipotentiarum materia à Cæſare ad nos perſcripta Mandata reſpectu, conſentimus, ut de communi conſenſu, omniumque, quorum intereſt, ſcitu, talis aliqua formula Mandati concipiatur, quam noſtri Superiores intra certum mutuò conſenſu determinandum tempus, ſtante intereà illa extraditione Osnabrugica in ſuſpenſo, ratificare, juxtaque eam nova Mandatorum Diplomata tranſmittere debeant, modo quoad ſubſtantialia noſtræ Plenipotentiæ, nulla nobis obtrudatur mutatio. Speramus nihilominus, Cæſarem, ubi id opus eſſet viſum, haud difficulter aſſenſurum, ut juxta eandem formam etiam Osnabrugi Mandata revocentur.